



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hessus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs IX. Confitebor tibi Domine &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

Hoc ad solam Christum pertinet.  
Quæque per incultos errant animalia campos,  
Quæque per agrarunt deuia lustra feræ.

\* Mibi omnis potestas data est in cœlo & in terra.  
Claudit prophetiam affectu. Quæque secant liquidum stridentibus aëra pennis,  
Quæque per undosum Nerei turbam natat :  
Ipsius imperio subdisti hæc omnia, & orbis  
Ut Dominus, cunctas unus haberet opes.  
O pater, o magnificus fabricator maxime mundi,  
Maior, & o ipso, quem regis, orbe prior,  
Quam meritò tua magnificis præconia, magni  
Laudibus implerunt solis utrangs domum.

## PSALMVS IX.

Confitebor tibi Domine &amp;c.

## ARGUMENTVM.

Est mixtus Psalmus, habet enim gratiarum actionem pro liberatione a persecutoribus, & precationem. Videtur autem esse prophetia de Ecclesia, quod & passura sunt variæ calamitates, & habitura liberatorem Deum. Titulum Lutherus interpretatur de speciosa iuuenta, hoc est, de Ecclesia renata per Spiritum & aquam, & subinde crescente, Chaldaeus interpres exponit, quod sit opinio de morte Goliath Philistæi.

Prædicit fore, quæ Christo det nomina, gentem,  
Quam multo è populo congreget una fides.  
Hæc est illa Deo florens & grata iuuentus,  
Sanguine quæ fuso pulchra tropheæ feret.

Vincens



Vincenti de speciosa iuventa Psalmus  
Dauid.

I Amadum hic animus merit as tibi dicere laudes  
Expetit, ò rerum gloria, uita, salus.  
Inclita psallentes referent tua facta Camœnæ,  
Quæ Deus in toto maximus orbe facis.  
Afflictum capiet de te noua gaudia peccatus,  
Quod te propicium sentit adesse sibi.  
Carminibus super astra feram tua nomina, quanquam  
Te celebrare satis carmina nulla queant.  
Terga dabunt hostes duce te, cecidere retrorsum,  
Terrorre & uultus interiere tui.  
Tu nocitura ipsis pro me decreta tulisti,  
Iusticia iudex non habiture parem.  
Sublimi in solio sedisti ò arbiter æqui,  
Nam te salua mihi iudice cauſa mea est.  
Increpitante quidem te gens dedit impia pœna,  
Nec memor ipsorum fama relicta tibi est.  
Hostis acerbe tuis finem dedit ipse rapiniſ,  
Amplius in misero nec populator eris.  
Oppida de multis populatus pauca tulisti,  
Quorum posteritas non erit ulla memor.  
Tempore maiestas Domini non desinet ullo,  
Omnes è solio iudicat ille suo.  
Ipso omnes olim stabunt sub iudice Gentes,  
Arbiter ille æquus totius orbis erit.  
Afferet auxilium miseriſ, defendet egenos,  
Rebus in afflictis ille patronus erit.  
Nominis ergo tui studioſis certa relicta est,  
Quæ sine te non est ſpes rata, certa salus.

Propoſitio 2  
Ago tibi gra-  
tias.

Ratio, quia ho-  
ſtes meos affli-  
xisti.

Bellæ  
AUT ðE SIC.  
Hostes Eccle-  
ſie periere. At  
caput Ecclesiæ  
& ipsa Eccle-  
ſia ac cultus  
Dei manet in  
æternum.  
Hoc est iudici-  
um uerbi, seu  
prædicatio Eu-  
angelij.

Promissiones  
quibus Eccle-  
ſiam afflictam  
confolatur.



Nulla etenim tibi fidentes ratione relinquis,

Nec te quærentes deseruisse potes.

Eia igitur Dominum laudate Siona colentem,

Illiis in laudes omnia regna uacent.

**Ecce Ecclesia Ille** memor fuso sumit pro sanguine pœnas,  
affligitur.

Precatio.

Respice me Deus omnipotens, miserere precantis,

Exili⁹ cauſsam respice quæſo mei.

Exili⁹ quod ab hoste ferro, quo comprimit hostis

Immeritum, hic misero, nam potes, affer opem.

Qui me letiferi de fauicibus eripis orci,

Vindice quo mors est nulla timenda mihi.

**Ratio precati** Ut laudis memoranda tuæ miracula narrem,

Onis. Cedet li-

beratio hæc in

tuam laudem si

cut supra. In in

ferno quis con-

sistebitur tibi?

Præcipue ut fiat per me tua gloria cunctis

Nota, Sionæas inter e& ante fores.

Ut per te collata salus mihi gaudia præstet,

Et quicunq; tuæ nomina laudis amant.

**Promissio** Incidit in fiduciam, quam gens iniuncta parauit,

quod Ecclesiæ

oratio exaudi-

ta sit.

Capti sunt laqueo quem posuere mali.

Iusticiæ Dominus quia sit studiosus e& æqui,

Non aliquis certè qui neget esse potest.

**Lutherus sen-** Per sua perdetur scelera impius, & sua uerbis

**tentiam sic red-** Est uanis alio pœna futura loco.

**dit: Compre-** Impius ad Stygias utinam cito transeat umbras,

**hensus est pec-** Et quicunq; Dei nescius esse potest.

**cator meditan-** Nam nunquam non esse memor uolet ille suorum,

**do, hoc est, pe-** Quos labor e& curæ tristiciæq; premunt.

**reut impij, pi-** Nec sua spes miseris erit irrita semper, & olim

**is nihil faciēti**

**bus, q; ut me-** Exilibus ueniet sæpe petita salus.

**ditentur ver-**

**bum & orēt.**

Surge



Surge, ueta, ne forte hominum furor impius ultra  
Inualeat, uires exuat ipse suas.  
Debita quæq; ferant te iudice præmia, gentes,  
Ante tuam faciem quod meruere ferant.  
Præfice doctorem quo gentes erudiantur,  
Ut se mortales scilicet esse sciant.

## PSALMVS X.

Vt quid Domine recessisti.

## ARGUMENTVM.

Hic Psalmus titulo caret. Est autem precatio Ecclesiæ contra Antichristum, uastantem Ecclesiam cædibus & falsa doctrina.

Oppugnat precibus fidei Christi eos hostem,  
Qui sua ceu Christi regna colenda feret.  
Quas feret ipsa sub hac Ecclesia sancta ruinas,  
Quas feret, imo tulit, fert modo, disce, uide.

**C**ur adeo diuersus abis ? cur tempore tanto  
Tam procul à nobis dextera facta tua est ?  
Cur pater afflictos, & in afflignantibus ipsos  
Deseris ærumnis, ceu latuisse uolens ?  
Nam miser opprimitur cum præualet impius hostis,  
Hi faciunt quicquid proposuere sibi.  
Quin proprijs inuoluatur fallacibus hamis,  
Quosq; alijs studuit sæpe parare, dolis.  
Impius ipse sibi blanditur, & omnia iactat,  
Quæ se posse putat, muneris esse sui.  
Dumq; miser lucris inhians se laudat auarus :  
Blasphemat lingua uituperante Deum.

Precatur ut  
Deus impieta-  
tem hominum  
tollat, mitten-  
do uerbum su-  
um & piis do-  
ctores.

Παθητικό<sup>ρ</sup>  
exordium.

Narratio, con-  
tinens grauissi-  
mam accusatio-  
nem hostium  
Ecclesiæ.

Arrogans.

Auarus.

Blasphemus.

